

totaliter sint excepta. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis videlicet dominorum Andree Niclesson de Skab[e]rsø (?) et domini Andree Jensson de Neesbyholm militum presentibus est appensum. Datum anno Domini m^occc quinquagesimo primo in crastino die annunciacionis beate Marie virginis gloriose.

4702.

1351 Mars 29.

Skeninge.

Konung Magnus befaller Ingevald i Fall vid vite af 40 mark att till Ingrid, änka efter den dödade Agmund Sigvidsson, inom sex veckor utbetala den bötessumma han för dråpet utkräft.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Nos Magnus, Dei gracia rex, mandamus tibi, Ingevaldo de Fallum, sub pena amissionis xl marcharum, quatenus Inghridi, relicte Agmundi Sigwizson, presencium exhibitrici, omnem emendam per te post Agmundum predictum, maritum suum interfectum, reconciliacionis gracia leuatam, quam post suum filium legaliter hereditauerat, infra sex septimanas a percepcione presencium secundum leges patrie, pre-stito iuramento ad . . .¹⁾ restituere cures cum effectu nullatenus omissurus. Datum Skaningie anno Domini m^occc^ol^o primo feria tertia post dominicam letare sub sigillo nostro ad causas. Teste domino Nicholao Thureson, dapifero nostro.

Konungens sigill »ad causas» (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 1, 65), hängande på en ur brefvet klippt remsa; skadadt.

4703.

1351 April 1.

Lund.

Ärkebiskop Petrus i Lund utfärdar bestämmelser rörande den af ärkebiskop Esger inrättade kantorian vid Lunds domkyrka.

Orig på perg. i Sv. Riksark. Som originalet är mycket skadadt, har dess text blifvit kompletterad efter texten i Registr. Eccl. Lund., s. 149 f.; tilläggen äro satta inom klammer.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Petrus, Dei gracia Lundensis archiepiscopus, Swecie primas, salutem in Domino sempiternam. Inter cunctas sollicitudines nostras precipua est, vt taliter disponente Domino possimus cum capitulo nostro dilecto ordinare, vt canonici ecclesie nostre et potissi[me] in dignitate constituti, qui ipsam nobiscum regere tenentur et tueri, honestam habeant, prout decet, sustentacionem, vt maiores maiora et minores minora racione prima percipiant emolumenta. Hinc est quod cum felicis recordacionis quondam dominus Esgerus, Lundensis archiepiscopus, predecessor noster, quandam dignitatem, que cantoria communiter appellatur, in ecclesia nostra Lundensi de nouo constituerit et quibusdam

¹⁾ Efter 'ad' ett oläsligt ord, möjligen öfverstruket; ursprungligen har därpå följt 'satisfacere cures', hvilka ord sedermera öfverstrukits och ersatts med 'restituere cures'.

bonis dotauerit, ipsam adeo suis facultatibus, iuribus, redditibus et possessionibus collapsam inuenimus, quod vix aliquis canonicorum eam affectabat. Nos igitur Dei et ecclesie nostre Lundensis honori inuigilare et inibi deseruiencium vtilitati, quantum Ipsius nobis gracia permittitur, intendere affectantes circa ordinacionem, renouacionem, declaracionem, subtraxionem, addicionem, annexionem et omnimodam confirmacionem dignitatis cantorie Lundensis predictae, que hucusque post eius erectionem, vt premittitur, [in] suis iuribus et possessionibus plurimum vacillabat, inpertinencia, dubia et materiam iurgiorum et litigiorum generancia amputando et resecando, [licita] et pertinencia consolidando et approbando et vtilia ac necessaria prouide aggregando et annectendo, in hunc infrascriptum modum de consilio et consensu [dilecti] capituli nostri duximus procedendum: Decernimus enim primo et decernendo declaramus dignitatem cantorie erectam esse in ecclesia nostra L[un-]densi pre]dicta per eundem quondam dominum Esgerum, predecessorem nostrum, secundum prerogatiuam, modum et consuetudinem aliarum ecclesiarum cathedralium nostre prouinc[ie Dacie d]ignitatem cantorie habencium, s. (?) in et de altari beate Marthe virginis in ch[oro ec]clesie nostre antedictae cum bonis infrascriptis sibi pro dote [assignatis], videlicet bonis in Raabyllithlæ seu bonis in Raabymakla et in Ærræth[or]p pro ipsis commutatis et consequenter cum aliis bonis [postmodo per antecessorem nostrum quondam dominum] Karolum additis, videlicet duobus fundis in Yæløsæ ¹⁾ et ecclesia Barkakra cum suis pertinenciis vni[uersis; ita tamen quod cantor Lundensis, qui nunc] est et qui pro tempore fuerit, sacerdoti vicario in eodem altari celebranti pro suo labore tantummodo satisfaciat annuatim, prout communiter in aliis al]taribus ecclesie nostre predictae sit consuetum. Quecunque autem alia bona ad mensam nostram archiepiscopalem [de iure pertinencia eidem sunt annexa], seu prebenda canonicalis, quam dudum quondam dominus Johannes Franz, cantor Lundensis, obtinebat, a[ut si ipsius prebende canonicali ipsa dignitas can]torie per eundem quondam dominum Esgerum sit vnita, decernimus ex iustis causis et vt aditus litigi[orum precludatur, vestigiis eiusdem] predecessoris nostri inherentes, de consilio et assensu prefati capituli nostri talem annexionem et vnionem [penitus non valere nec alicuius existere] firmitatis, ymo ipsas infringimus, irritamus et omnino annullamus. Ceterum quia predicta bona per [dictos predecessores nostros, vt predictum est], eidem dignitati collata et annexa minus [su]fficiencia esse pro decenti statu cantoris ipsius reperiantur, [prouidimus et prouidemus, vt ecclesia parrochialis in] Scräplinghe in Ossøghehæret de volun[t]ate domini Benechini, canonici nostri Lundensis, nunc rectoris eiusdem, [in qua etiam nobis vna cum aliis pa]tronis ius competit patronatus, prefate [digni]tati cantorie annectetur (o:atur), ipsamque ecclesiam cum omnibus suis [pertinenciis saluo iure nostro archiepiscopali] auctoritate ordinaria de consilio et consensu capituli nostri predicti habita prius cum eodem super ho[c] deliberacione diligenti, [a]ssen[cientibus etiam aliis patronis ipsius] Scräplinghe, dignitati cantorie memorate, quam nuper prefato domino Benechino, cantori Lundensi, etiam de [consensu dicti capituli nostri contulimus et per annu]lum nostrum ipsum inuestiuimus de eadem, annectimus, coniungimus et adunamus, ex ipsis vnam et indiuid[ua]m dignitatem cantorie in nostra prefata] Lundensi ecclesia statuentes, facientes

¹⁾ Registr. Eccl. Lund.: Ygheløse.

et ordinantes ac inuiolabiliter confirmantes, non obstantibus [litteris, statutis vel ordinacionibus in contrarium] editis a predecessore nostro antedicto. Nulli ergo liceat hanc nostram ordinacionem, mo[deracionem, annexionem et confirmacionem infringere vel temere] perturbare. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri predicti pre[sentibus duximus apponendum. Actum et datum Lundis presente c]apitulo nostro anno Domini millesimo trescentesimo quinquagesimo primo s[exta feria proxima ante diem beati Ambrosii episcopi et confessoris].

På baksidan: Declaracio et confirmacio cantorie Lundensis.

Å den bevarade delen af nederstycket finnes skåra efter ett sigill.

4704.

1351 April 2.

Hapsal.

Konung Magnus öfverlåter till abboten i Pades kloster patronatsrätten till Borgå kyrka.

Orig. på perg. i Linköpings Stiftsbibl.
Tryckt hos Hausen, Finlands Medeltidsurkunder, 1, s. 244 f.

Magnus, Dei gracia rex Suecie, Norwegie et Scanie, omnibus presens scriptum cernentibus in Domino salutem sempiternam. Quoniam ea, que in tempore geruntur, a memoria posterorum sepius labi et adnullari videntur, nisi litteris et probamentis euidentibus confirmentur, et id nostra in presenti deposcit intencio, per quod Deo et Matri Sue Sancte honor et maior reuerencia in salutem et remedium animarum nostre, dilecte consortis nostre Blance, progenitorum nostrorum bone memorie ac liberorum nostrorum carissimorum impendi valeat et augeri, hinc est, quod consideratis honorabilis patris amici nostri dilecti, domini Nicolai, abbatis in Pades, ac conuentus sui fidelibus seruiciis nobis et hominibus nostris multociens exhibitis et impensis ac exigentibus eorundem abbatis et conuentus deuocionis affectu, quo nos et regnum nostrum prosequantur, fauoribus beneuolis et paratis nos predicto domino abbati et eius in dicto monasterio Pades successoribus merum ius patronatus, quod nobis ad ecclesiam Borgha Aboensis dyocesis ab antiquo compecierat, modo simili, quo nos idem ius inpresens habueramus, damus et concedimus per presentes, transferentes in ipsos per nos et successores nostros plenam auctoritatem ad eandem ecclesiam, confratres suos, personas ydoneas, cum et quociens opus fuerit, saluo semper iure dyocesani ibidem presentandi, instituendi ac de prefata ecclesia, sicut iuris fuerit, faciendi. In cuius euidentiam firmiorem secretum nostrum sigillo nostro non presente presentibus est appensum. Datum Hapesalis anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo sabbato ante dominicam passionis.

På baksidan: Littera donacionis domini Magni regis etc. super ius patronatus ecclesie Borgaa, S[ib]baa et Pernaa.

Sigillet borta, sigillremsan kvar.